

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Setentiae LX spiritualis religiosis perutiles - Cod. Ettenheim-Münster 237**

**[S.l.], 1661**

Audium, ut scipsos tu officiis externis, tum internis actibus ornantes ad  
professionem [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-127475](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127475)

Andium, ut seipos tū officijs externis, tū inter-  
nis actibz ornantes ad professionē se se oblaturi  
quasi perfecti viri inveniuntur.

Ad hæc alsequēda requiruntur quinq.

Primū ē, ut Prælatū seu Mārm suū spirituales  
magni æstiment, diligant, suā cōscientiam ei pe-  
nitę aperias, in omnibz celiā minimis ab ipso aut  
imperio, aut cōsilio gubernentur: in eo eorum sit  
velle et nolle, sic illis nil erit asperū, nihil arduū,  
nihil impossibile.

Secundū est; libros spirituales proprio instituto  
accommodatos, sed præcipuē Regula et instituta  
sue Religionis assidue legant. Nam hæc lectio ty-  
ronibz summe necessaria est; rerū enim spiritu-  
alium imperiti legendo discunt, Quid agendum,  
quid vitandum, que bona, que meliora, que op-  
tima, que mala, que peiora, que pessima, unū-  
quodq; in suo ordine ut fugiat, vel amplectantur.

Testium; Novitig sit Orationis et sanctæ medi-  
tationis tenax, necessaria in meditatione et Ora-  
tione ad vitæ reformationē petat, vitiorū extinc-  
tiōe, et om̄ virtutū adeptiōnem deponat. Recogi-  
tet peccatorū foeditatem, sæculi vanitatē, mor-  
tis horrore, iudiciij severitatē, pœnas inferni, glo-

riā celestem: præcipue autē vitā ex passionē Christi,  
actiones et verba eisdē, et in eū semper intendat,  
ut in dī virtutis et sanctitatis exemplar. Ab oratione  
ergo nouus Christi miles nouā militiam incipiat, nō tm̄  
ad ea quæ voce fit, seu vocali, sed ab eā q̄ sola mē-  
te et consideratione perficitur, id est meditatione;  
cuius fructus ē animus erudire, affectus tranquillare,  
et arma ad vincendū hostē conferre.

Miserū est incipientē Religiosum sola prælmorū  
recantatione occupari, nec miseras sæculi, dei bene-  
ficia, neq; vitā et mortē saluatoris singulis diebus  
per certum tempus euoluere. Si enim in vitā  
spiritualis nitens orationi, meditationi nō vacat, nū-  
quā meditationis cōsuetudinē capiet, qua sublata,  
nescio sanē, quo pacto proficiet.

Quartum; Secularium alloquutiones, cōsan-  
guineorū cōfortia, Nouitius ut peste fugiat:  
Sicut enim Sal qui ex aqua conficitur in aquam  
cōiecto salis naturā amittit, et fit aqua; ita Re-  
ligiosus ex mūdo fugiens, si eorū familiaritatem am-  
inat, fit iterum mundanus, et si nō re, salte me-  
moriam et affectu in sæculū reuocatur. Vide  
Thom. Kempens. in Dialogo Nouitiorū, G. 4.  
Deserat ergo nouus Religiosus parentū, fratrum, Con-



17  
Sanguineorū; cōfortia, ne eorū colloquū; distraha-  
tur, tepecat cōtus, ex amore eorū, qua dese-  
ruit, iterum ad mundana resiliat.

Quintum; Ihs Religiosū, Nouitū Religio-  
sū adeat, illos imitetur, quos uiderit Regula  
obseruatores, virtutis amatores, sanctitatisq;  
cultores; Tepidos nō videat, si uiderit nō con-  
temnat, sed eorū miseris condoleat, illorūq; ge-  
sta nō imitetur. Si tu proficere uelis, ait  
S. Bern. nō respicias quid mali faciant alij, sed  
quid boni ipse ipse facere debeas. Pralmsista  
item; Noli amulari in malignātib; Et Tho-  
mas Kemp. Vigila super teiprū, excita teiprū,  
admone teiprū, et quicquid de alij; sit, nō negli-  
gas teiprū; Tantum proficies, quātū tibi  
ipri vim intuleris.

### Salutare monitum.

Nocte dieq; caue tempus cōsumere prauē;  
Nunc lege, nūc ora, nūc cū feruore labora;  
Sic erit hora breuis, sic labor ipse leuis.  
Mors tua, mors Christi, fraus mūdi, gloria caeli;  
Et dolor inferni, sunt meditanda tibi.